

marchioni de Misnia, marchioni de Brandenburg, duci Bavarie et duci Austrie, Iohannes eadem gratia rex Anglie, dominus Hybernie, salutem. Litteras quorundam ex vobis suscepimus, quas charissimus nepos noster dominus rex Otto nobis destinavit per fratrem suum nepotem nostrum ducem Saxonie camerarium et senescallum suum, quos de voluntate et conscientia omnium vestrum emanasse [credimus]. Et habuimus super iis, que nobis consuluistis, magnum tractatum et diligens consilium cum fidelibus nostris, qui nobis consuluerunt, quod nos consilio et voluntati vestre adquiesceremus, quantum de iure possemus. Unde ad predictum regem et ad vos mittimus dilectos et fideles nostros Wilhelmum comitem Sarrum fratrem nostrum et fratrem Raymundum priorem Hospitalis Ierusalem in Anglia et Adamum de Portu et archidiaconum Wigorniensem et Henricum archidiaconum Staffordensem, per ipsos ei et vobis significantes ea, que in predicto consilio nostro accepimus. Et vestram rogamus attentius discretionem, quatenus pro deo et honore vestro iuxta presens propositum intendatis et procuretis ea fieri, que honori dicti regis domini vestri et nepotis nostri et honori vestro magis videritis congruere et melius expedire. Volumus autem vos non latere, quod ex eo, quod terram regendam suscepimus et potestatem habuimus, multoties ei, etiam ad gravamen nostrum, subvenimus, eius plurimum desiderantes sublimationem. Et iam tempus esset, quod id nobis remuneraret, et quod nos omnes adinvicem subvenerimus, cum tanta et talis iam pridem inter nos facta sit confoederatio et scriptis et sacramentis firmata, que de iure rumpi non poterit nec debet. Teste domino Wintoniensi episcopo apud London xxiv. die martii, anno regni nostri x.

133.

König Otto IV. verspricht seine Getreuen, welche die Stadt Stade bewohnen, bei dem Rechte zu erhalten, welches denselben sein Vater Herzog Heinrich von Sachsen verliehen hat u. a. — Zeugen: 25 Markgraf Dietrich und Landgraf Hermann. Altenburg, 1209 Mai 2.

*Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Stade. Das S., an grünen, rothen und purpurnen Seidenfäden = Heffner V. 41.
Gedr.: Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburg. Reg. und Urk. 1, 130. Böhmer-Ficker 276.*

Huius rei testes sunt: Albertus Magdeburgensis archiepiscopus. Bernhardus dux Saxonie. Tidericus marchio Missnensis. Albertus marchio Brandenburgensis. Hermannus Iantgravius Thuringie. Geuehardus burgravius Magdeburgensis. Comes Burchardus de Manisfelt. Comes Adolfus de Scowinburc. Comes Bernhardus de Wilpia. Comes Gunzilinus de Zvirin. Comes Adolfus de Dassil. Guntherus et Henricus comites de Swarzpurg. Comes Fridericus de Bichilingen. Henricus marscalcus de Kallindin. Gunzilinus dapifer. Basilius de Ostirrode et alii quam plures.

35 :Signum domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi.: (M.) Ego Conradus Spirensis episcopus regalis aule cancellarius vice domini Sifridi Maguntini archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominice